XI.

MARGARITA PRETIOSA NOVELLA CORRECTISSIMA.

Exhibens

INTRODVCTIONEM IN ARTEM CHEMIAE INTEGRAM: ANTE ANNOS PLVS minus ducentos ſeptuaginta compoſita,

AVTORE

M. PETRO BONO LOMBARDO Ferrarienſe, Phyſico & Chemico excellentiſſimo.

PRAEFATIO.

ALCHEMIAM SVB PHILOSOPHIA naturali comprehendi; eiusque materiam eſſe unam & determinatam.

INQUIT Bonus Ferrarienſis Phyſicus: *Entia realia ſunt in triplici gradu, ſecundum philoſophum ſexto Metaphyſicæ: Quia aut ſunt conjuncta motui & materiæ, & de iſtis eſt ſcientia naturalis: aut conjuncta materiæ, & ſeparata à motu, & de iſtis eſt* Mathematica: *aut ſeperata à motu & materia, & de iſtis eſt Metaphyſica, id eſt divina. Sed de ſeparatis à materia, & conjunctis motui, non eſt ſcientia, cum tale ens reale ſit omnino impoſsibili-*